

TRACTATUS
DE AVGMENTO
MONETAE

Quo Legum sanctionibus, Curiarum iudicijs, Gentium moribus,
necnon firmitate rationum, communi Doctorum omnium
tum Iuristarum, tum Theologorum consensu
In qualibet monetarum variatione, varijsque contrahendi formis
REGVLÆ SOLUTIONVM PRÆSCRIBVNTVR.
AVCTORE IO. BAPTISTA CORAZZARIO:



ROMAE, Ex Typographia Reu. Camerae Apostolicae. MDCXLI.

SUPERIORVM PERMISSV.






A V C T O R
L E C T O R I.



NOTVISSET sapienti consilio in tenebris consensere, qui nunc publicæ luci committitur Tractatus hic de Augmento monetæ, si maioris apud me ponderis fuissent, quæ mea ab ingenij tenuitate planè exilia, quàm quæ publici boni diligētiam omnem exigentia ad irreparabile damnum ex inopinato, eoque importabili debitorum onere auertendum. Eò siquidem redactam agnoscebam consilio quorundam Iuristarum non infimæ notæ, ipsorum miseram conditionem ex monetarum augmento ad intolerabilem praxim deducto, vt planè actum de illorum facultatibus omnibus statuere facilè quis posset: dum ex eo pateret aditus nouæ, & inexpectatæ pensioni nullum habituræ terminum in perpetuum incrementum. Quare studio veritatis incensus, vt tutiùs, quid in eorum placitis soliditatis lateret, de-



Adm. Rev. P. F. Gregorius Doctor Ordinis Praedicatorum

DE AUGMENTO

MONETAE

QUESTIO RESOLUTORIA

DE SOLVIONIBVS.

Adm. Rev. P. F. Gregorius Doctor Ordinis Praedicatorum



QUAM ab anno 1635. In Serenissima Republica Genuensi ex Consilio duorum Iuristarum afferentium in extinctione Censuum, & fructuum, aliorumq; debitorum solutione deberi augmenta monetarum, multi sumplerint occasionem exigendi talia augmenta à suis debitoribus; Capi enim pluribus de dicti Consilij veritate suspicari. Quam iuxta S. Thomae documenta sciens, ubi peccatum mortale agitur, nisi expressè habeatur, periculosè determinari: haud infructuosum censui eam resolutoria certitudine, & sapientes consulendo inquirere, ac, Deo iuvante, evidentibus, & experientia, & auctoritate comprobatis rationibus demonstrare.

Totum hoc de monetis dissertationem, & Consilium, cum principis Theologorum, & Iuris Consulti consensibus, & ad eorum doctrinam publica luce dignissimum. In Collegio Romano hoc die 22. Octobris 1636.

Proposuit de Causis Sec. I. & D. N. P. Gregorius Examinator
Adm.

TeAt.

ARTICVLVS I.

Quid vniuersaliter de hac materia in Iure definitum, & ab omnibus communiter receptum reperiatur.



REM grauem, & ad commune bonum pro vtroque foro maximè spectantem omni, qua fieri potest euidencia veritatis agere cupientes, ea clariori luce, cæteris præferenda censemus, quæ hætenùs de hac materia in Iure definita, & communiter recepta comperimus, vt positæ quæstionis resolutionem in ijs plenè contentam explicandam magis, & aperiendam in sequentibus, quàm confirmandam habeamus.

Ciuiilibus ergò, & Canonicis definitionibus communi DD. consensu vniuersaliter concluditur.

Primo. Vbi ex pacto destinata est solutioni certa species, & numerus monetarum, veluti cum dicitur 100. scuta auri in auro, semper in eadem specie, & numero soluenda est eadem moneta, si in vsu sit, & in eadè bonitate intrinseca reperiatur, idest si alicuius, siuè maioris, siuè minoris æstimationis, & eiusdem ponderis, & bonitatis materiæ publicè habeatur. Est communissima DD. sententia in *cap. Quanto de Iure iur. cap. olim, & cap. Cuius Canon. de Cens. in Clem. sin. glos. Card. Panorm. ibique DD. de dec. Bart. & DD. in l. Paul. ff. de solut. l. cum quid, & l. vinum ff. si cert. pet. l. 1. ff. de contrah. empt. l. 1. & fin. C. de vet. num. pot. lib. 11. Cyn. & DD. l. in minorum C. quibus caus. in integr. restit. non est necessaria, & vbiquè conformiter. Idem innumeros cumulando attestantur in tract. diuers. de monet. Lauden. nu. 5. 14. 18. 23. & 24. Io. Aquil. theor. 1. & 8. 10. Regnau. per tot. Albert. Brun. praesupp. 2. nu. 2. 3. 8. & 10. & fusiùs part 3. Rener. Bud. 1. max. & cap. 15. nu. 1. & 23. nu. 9. Anton. sol. cas. 17. & 24. Thef. 1 p. concl. 11. 2. cas. & conclus. 13. & 15. cas. 1. & p. 2. cas. 1. 2. 3. & 4. Ant. Fab. cap. 2. & 3. & concl. 1. & 13. Alibi Covarr. de vet. num. col. 9. vn. concl. 4. Surd. in pluribus cons. & plenius cons. 406. vol 3. Marefcott. var. resol. lib. 1. cap. 94. Cenc. de cens. p. 2. cap. 2. quæst. 4. nu. 8. Idemque prò communi semper decisum voluit Sac. Rot. Rom. apud eum dec. 214. nu. 2. In Foroliu. cens. 12. Iunij 1609. coram R. P. D. Insto dec. 215. num. 4. In Aprut. cens. 4. Iul. 1607. coram R. P. D. Sacrato dec. 216. nu. 2. in Rom. pecun. 20. Ian. 1589. coram R. P. D. Penia dec. 217. nu. 1. in Rom. aureorum 20. Ian. 1597. coram Emi-*

ARTICVLVS VI.

Qualiter Obiectiones in contrarium dissoluantur.

141



PRÆTER illud inane fundamentum, Alia etiã argumenta, quæ ad illud muniendum ijdem Consultores adducunt, à DD. communiter, & ex dictis facillimè diluuntur. De libris enim iam patet exuberantè, qualiter eiusdem rationis censeantur, quòdque in earum stipulatione contrahentes ad futura respiciãt, quatenus certum semper sit pretium contractus, nec vlla obfit monetarum variatio, eademq; solutio fiat semper vniformis, secundum intentionem, & finem institutionis librarum, vt latè suprà *nu.* 22. Quarè non est necesse in solutionibus recurrere ad valorem, quo moneta currebat tempore contractus; siquidem nunc est maioris pretij, quàm tunc esset; sed sufficit soluere præcisam summam librarum tempore contractus conuentam. Et sic, vt volunt ijdem Consultores, contrahentes non ad futura respiciant, & pretio dictarum librarum, siuè per plures, siuè per pauciores monetas illis soluatur, contenti maneant; quia sic ius suum illis tribuitur, & sic patet ad secundum, & tertium argumentum.

142

Ad quartum. De Proclamatibus, ex quo non fuerunt obseruata sciente, & patiente Principe, videtur Princeps tali contrauentioni acquiescisse, ac proindè de his non potest fieri fundamentum contra cõmunem usum, vt optimè respondit Collegium Papiense *nu.* 17. & latè comprobatur *Reuer. cap.* 20. *Per auream gloss.* quàm DD. summè cõmendat ad *verbum frãgere in fin. Extrauag. de Treng. & Pac.* Vnde, optimè in casu nostro *Scacc. §. 2. gloss. 3. n.* 93. *Populus aliquãdo ex vsu mutat monetæ ualorẽ à Principe impositũ, hancq; mutationẽ sãpẽ faciunt Genuenses, & ubi Populus sciente, & tolerante Principe mutat, attẽditur ualor mutatus; Idem probat gloss. 5. n.* 108. *In solutione debet attẽdi ualor currens secundũ usum, & consuetudinem, & non ualor impositus ab Edicto, quem, sciente, & patiente Principe Populus non seruat, quia tunc dicitur Princeps illi ualori usuali, seũ consuetudinario acquiescisse, & consequenter usus, & consuetudo proualeat, ut scribunt DD. &c. Tunc autem Princeps non tolerat, dum punit eos, qui expendunt, uel accipiunt contra Edictum.*

143

Quantum autem nihil concludit, quia licet libræ, & omnium monetarum